Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Lucas 259

Ve tibi bethsaida: quia si in tyro
et sydone facte fuissent virtutes
c que facte sunt in vobis olim in ci
cico et cinere sedentes penitent
ut verumtamen tyro et sydoni remis
sius erit in iudicio quam vobis et
tu capharnaum usque ad celum exal
tata: usque ad infernum descen
deris cum vos audit me audit:
et qui vos spernit me spernit
qui autem me spernit: spernit
eum qui me misit. Reversi sunt
autem septuaginta duo cum gaudio
dicentes. Domine etiam demo
nia subiciuntur nobis in nomine
tuo. Et ait illis. Videbam satanam
sicut fulgur de celo cadentem.
ecce dedi vobis potestatem calcandi
super serpentes et
scorpiones. et super omnem virtu
tem inimici. et nichil vobis no
cebit. Verumtamen in hoc nolite
gaudere: quia spiritus vobis subi
ciuntur. Gaudete autem quod no
mina vestra scripta sunt in celis. In ip
sa hora exultavit in spiritu sancto
et dixit. Confiteor tibi pater do
mine celi et terre: quia abscondisti hec
a sapientibus et prudentibus et re
velasti ea parvulis etiam sic pa
ter quia sic placuit ante te. Omnia
michi tradita sunt a patre meo
et nemo scit quis sit filius nisi
pater: et quis sit pater nisi fi
lius: et cui voluerit filius re
velare et conversus ad discipulos
suos dixit. Beati oculi qui vident
quae vos videtis. Dico enim vobis
quia multi prophete et reges voluerunt
videre quae vos videtis et non vide
runt: et audire quae audistis et non
audierunt. Et ecce quidam legis
peritus surrexit tentans il
lum et dicens magister quid fa
ciendo vitam eternam possi
de
bo. At ille dixit ad eum. In lege quid
scriptum est. Quomodo legis. Ille re
spondens dixit. Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo. et ex tota anima
tua. et ex omnibus viribus tuis. et ex omni mente
tua. et proximum tuum sicut te
ipsum. Dixit ei ille. Recte respondisti
hoc fac et vives. Ille autem volens
iustificare seipsum dixit ad iesum
et quis est meus proximus. Suscipiens
autem iesus dixit. Homo quidam
descendebat ab hierusalem in ie
richo et incidit in latrones: qui
etiam despoliaverunt eum: et plagis
impositis abierunt semivivo re
licto. Accidit autem ut sacerdos
quidam descenderet eadem via: et
visso illo pertransiit. Similiter et le
vita: cum esset secus locum et vide
ret eum pertransiit. Samaritanus
autem quidam iter faciens venit
secus eum: et videns eum misericordia motus est. et appropiavit
alligavit vulnera eius infundens
oleum et vinum: et imponens illum
in iumento suo duxit in stabulum
et curam eius egit. et altera die
protulit duos denarios: et dedit
stabulario. et ait. Curam illius habe
et quodcumque supergraveris. ego cum
rediero reddam tibi. Quis ergo
horum trium videtur tibi proximus fuisse
illi. qui incidit in latrones. at
ille dixit. Qui fecit misericordiam
in illum. et ait illi iesus. Vade. et
tu fac similiter. Factum est. autem dum
iret. et ipse intravit in quoddam ca
stellum. et mulier quedam martha
nomine excepit illum in domum suam: et
huic erat soror nomine maria quae
etiam sedens secus pedes domini
audiebat verbum illius: martha
autem satagebat circa frequens
ministerium. Quae stetit et ait. Domine
non est tibi curae. quod soror mea